Dicit enim quod glacies nichil aliud est quam con-
gelacio aquarum ex perflatu boree. Igitur omnis con-
gelacio oportet quod fiat mediante summo frigido liquidum
congelando et hoc totum ex natura. De arte vero que est
debilior natura et oportet quod consequatur naturam nunquam potest fieri
congelacio nisi mediante mortuo quod conveniat lunam
et vivum proprietates sunt iste. Prima est spiritus quia spiritus
est inmotum. Tercia per diffinicionem physicalem. Spiritus est
quedam et subtilis aerea substancia virtutes corpor-
porans ad suas perficiendas actiones. Et quia ad morem
corporis et anima hec duo sunt contraria eo quod corpus est
feculentissimum alterius grossissimum et anima est subtilis-
sima et in sui essencia purissima. Unde ar lectio
in libro de naturali auditu ubi agit de prima linea
primi climatis sub quo sunt indi in quo climate
bis in anno graciat sol super capita eorum et ideo con-
tinent nigredinem cutis et crispitudinem capillorum. Et
cum aqua ingreditur artificium orificium matricis commi-
scet ipsa aqua cum sanguine matris et formatur
ex ea fenestra cavernis et fit in eo spiritus vite infun-
dens. Unde contra platonem et suam heresim qui dicit animas
esse sempiternas. Unde et augustinus ab autoritate ari-
stotilica iudica et catholica dicunt cottidie cre-
at deus novas animas et infundit eas novis
corporibus et creando infundit et infundendo
creavit. Et quia ad morem hec duo non possunt